DE

...NOSCENDA ET CURANDA CHOLERA.

DISSERTATIO

...NAUGURALIS MEDICA

QUAM

...NSU ET AUCTORITATE GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

...IIVERSITATE LITTERARIA BEROLINENSI

UT SUMMI

...MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES RITE SIBI CONCEDANTUR

... D. IX. M. JUNII. A. MDCCCXX.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

...OLUS THEOPH. SCHMIDT

MASERVICENSIS SILESIACUS.

OPPONENTIBUS

...EORG. GUIL. DYNNEBIER MED. DOCT.

...UIL. JOANNE PALM MED. DOCT.

...AROLO AUG. WAIZ MED. DOCTORANDO.

...EROLINI TYPIS TH. BRÜSCHCKE.

holera, quam et Pássionem fellifluam sive choleriam sive Cholerrhagiam dixerunt, nomen sumsit a usa supposita, nempe bile, quae per hunc affecm copiose effunditur, sic ut ipso hoc nomine doles eius indicetur.

Iam remotissimae antiquitati hic morbus bene gnitus atque perspectus fuit, id quod ex pluriis antiquissimorum medicorum testimoniis facile lligere licet, quae cum ad propositum huius ssertatiunculae minus pertineant, facile a nobis nitti possunt. Missis itaque ambagibus, ipsam otinus morbi descriptionem aggrediamur.

Cholera igitur repente invadere solet, sic, ut x opinantes gravissimis implicet symptomatis, ro signa praecedunt prodroma, quae quamvis r breve temporis spatium adsint, aliquam tamen stantis morbi suspicionem iniiciunt.

Sunt fere eadem, quae ante febrem biliosam vel aliam quamcunque adauctam bilis secretionem observantur, utputa lingua flavo integumento sordida, amaror oris, ructus amari acidi, nidorosi ardor ventriculi cum tensione et dolore et sensu oppletionis, borborygmi, dolores colici vehementes, ventris inflationes, nausea, oppressio, languor totius corporis cum tristitia, urina crassa foetida quae vel sedimentum deponit subrubrum, vel membranam ostendit variam atque cum difficultate mingitur.

Quodsi repente ingruit morbus, aeger magna anxietate oppressus, vomitu turbulento continentique et diarrhoea invaditur, quibus spasmi vehementissimi accedere solent, vomitus autem et deiectiones sive assumat aegrotus aliquid, sive abstineat, usque perseverant.

Initio assumta ceteraque intestinorum contenta, bilis, chymus, stercus, deinde etiam bilis sincera vel et liquor acidus dentes corrodens viridis vel fuscus gravissime olens reiicitur, cui initio morbi rarius sanguis admixtus est, saporis est pessimi hepatici tantamque aciditatem refert, ut cum calcarea corbonica exaestuet; serius mucus tantum intestinalis cum liquore aquoso redditur,

ique nihil aegrotus evomit, sed frequenti tan-
ı vomendi conatu eoque plane frustraneo vexa-

Diarrhoea, quam una cum vomitu aegrotantem
ıdere dixi, profusissima esse solet, brevissimis-
intervallis intermissa, sic ut aliquot horarum
io aegrotus quadragies vel et sexagies desideat,
io intestinorum contenta, deinde liquores
osi, biliosi, ingenti copia deiiciuntur quibus
us sanguis et mucus intestinalis admisceri so-
, interea vehementissimis doloribus colicis et
triculi tenesmo laborat, quibus sitis inexplebilis,
r ingens, nausea intolerabilis, praecordiorum
etas cordisque palpitationes accedunt, unde fit,
vires mirifice prosternantur et anima aegroto
iat, cuncta autem symptomata ad singulas
itiones deiectionesque ingravescunt, maxime
res colici, qui quamvis totum ventrem incerta
perstringant, regionem tamen umbilicalem
ime occupare consuerunt. Praeter haec patho-
monica cholerae symptomata et alia permulta
nt, quae statum spasmodicum manifestant,
puaecipue dolores ventriculi cum sensu opple-
is regionis cardiacae pertinent, nec minus respi-
anxia, celeris, inordinata et pulsus parvus

contractus vix sensibilis, interdum frequens, alias haud admodum acceleratus, quin etiam rarus et nonnisi initio fortis. His symptomatis usque augescentibus morbus incerto tempore, secundo plerumque vel et tertio die summum ad gradum evehitur, quo vomitiones cum deiectionibus adeo increscunt, ut centum vel et plures diei spatio sequantnr, simulque vires protinus ab initio prostratae magis etiam deficiunt, pulsus frequentior minor debilior denique tremulus et inaequalis evadit, intermittit vixque sentiri potest, dolores autem ventriculi et abdominis admodum augentur, sitis vix extingui potest, neque tamen vomitus imminuitur, maximeque cum totum corpus tum singulares partes spasmis tentantur vehementissimis, praecipue partes extremae inferiores spasmis constringuntur dolorificis eadem quidem ratione ingravescentibus, qua ventris dolores increscunt, superveniunt quoque stranguria, ischuria, tenesmus, singultus et vomendi conatus frustranei simul extrema frigescunt ac sudore frigido viscidoque madent manuum pedumque digiti spasmis distenduntur, quibus et tendinum subsultus et artuum tremor accedere solent. Facies ab initio collapsa brevi admodum alienatur, quin etiam

ppocratica fit, sic ut aeger iam sui similis non eatur, oculi cavi splendorem suum amittunt, rescunt annulisque lividis circumdantur, unde ile apparet, iam ad extrema ventum esse. Iam grotus viribus plane iacentibus anima deficit, et usque delirat, deliria autem taciturna sunt, aulque respiratio stertorosa fit, pulsus se subcit, denique apoplectici moriuntur, vel iniorum gangraena consumti, febris per totum cursum nulla adest, quae si exoritur tamen, oprie ad naturam morbi haudquaquam pertinet, rum subnotandum est, non in omni cholera scripta symptomata vel cuncta adesse vel adeo hementia ut descripsi, aliquando enim sunt multo tiora, neque deiectiones vomitionesque adeo quentantur, decursus haud admodum celer neque ors primo utique die timenda est, quin etiam ad raro benignior cholera videtur, quod quidem constitutione tam universali quam aegrotantis terisque rerum conditionibus dependet.

D i a g n o s i s.

Ad accuratam cholerae diagnosin magnopere eresse, cum morbus sit non nimis rarus atque

periculosior, neminem sane fugiet, cavendum igitur est, ne cum aliis morbis confundatur, qui aliquam eius similitudinem prae se ferunt, neque omnem diarrhoeam cui vomitus accedit protinus choleram vocare, multoque minus perinde curare convenit.

Etenim vomitus cum diarrhoea saepissime sine ullo periculo coniungitur, quin etiam salutem quibusdam aegrotantibus affert, opus itaque est, ut ad haecce cholerae signa spectemus:

I. ad initium morbi quod plerumque repentinum esse supra a me propositum est.

II. ad vehementiam symptomatum insolitam ordinemque eorum et indolem maxima ex parte spasticam.

III. ad vomitum et deiectionem diversae materiae copiosam, qua vires aegrotantis perspicue prosternuntur.

IV. ad absentiam febris, unaque rationem habere convenit

V. valetudinis aegrotantis praegressae et morborum priorum, maxime vero

VI. constitutionis annuae et causarum occasionalium diversissimarum.

Ex propositis abunde patet, diagnosin morbi liorem esse, quam ut medicus in errores incie possit. Fatendum tamen est, nonnulla ndoque symptomata deesse, alia praeter morem le augeri alia denique accedere, quae cum mi ad morbum pertineant, aliquam erroribus asionem praebere possunt.

Magna igitur in dignoscenda cholera circumctione utendum est, cum mens ad invenienda ilia promptissima esse debeat, facileque ob dutionem et haesitantiam medici intempestivam nmum aeger capere detrimentum possit, maxime em, ut in ceteris morbis, ita in cholera curanda necessarium est, ut absoluta tantum diagnosi dicus medicinam adhibeat, neque aegroti anxiee et adspectu misero et circumstantium clamous turbetur. Morbi autem, quibus cholera quatenus similis esse potest, pauci sunt, nec facile ipi poterit, qui ad haec discrimina circumcte attenderit:

I. a dysenteria igitur repentino insultu differt, decursu multo rapidiori, vomitu, constantissimo eius symptomate, diectionibus biliosis, febris ac tenesmi absentia, neque sanguinem alvus reddit nisi rarissime, et sic,

ut exigua tantum copia excrementis admisceatur, fugis quoque virium prostratio morbi indolem facile ostendit, nec minus aliqua in tempestate anni animadversio est, cum cholera, aestate tantum et autumno calidioribus, dysenteria autem generatim autumno humidiori, quo calor meridianus cum frigore nocturno alternat, populariter grassari consueverit, magis etiam

II. a diarrhoea morbus noster differt, vomitu nempe cum deiectionibus alvi turbulentis simul intrante, et eo, quod biliosae tantum materiae et pessimae indolis exterminantur. Sitis quoque et tormina cum tenesmo in cholera adsunt, neque deiectiones levamentum aegrotantibus afferunt, sed symptomata magis etiam augent et exasperant, prodromi quoque et febris et signa sordium gastricarum plane desunt, decursus omnino celerior est, et symptomata multo periculosiora.

III. Iam Lienteria, Fluxus hepacicus, coeliacus, Diarrhoea purulenta, Blennorrhoea intestinalis, adeo a cholera discrepant, ut ne ab imperitissimo quidem cum ea confundi

possint, insultus enim repentinus, incrementum celere, decursus rapidus, vomitus cum deiectionibus simul accedens, tenesmus, tormina ventris vehementissima lucem clarissimam diagnosi afferunt, neque necessarium videtur ad reliqua discrimina confugere, quae ex praegresso illorum morborum decursu eorumque prodromis abunde patent.

IV. Melaena prodromis longioribus facile a cholera distinguitur, nec minus colore faciei cachectico, utpote qui longiorem abdominis affectum clare ostendit, denique excretorum indoles utriusque morbi naturam luculenter indicat.

V. Ab inflammationibus viscerum abdominalium cholera febris absentia discernitur, excretionibus protinus ab initio largioribus frequentioribusque, neque tormina ventris certam ut in illis sedem occupant, neque unum prae ceteris viscus laborat, sed omnia videntur simul affecta esse.

VI. Febris gastrica biliosa prodromis, febre certo decursu ordinata, signis coctionis atque criseos febrilis toto ut dicunt coelo a cholera

differt, sic ut enarrandis ceteris differentiis facile supersedere liceat.

Exitus.

Cholera, ut supra demonstratum est, celerrime decurrit praesentissimumque periculum adfert. Saepe aegrotantes primo vel et secundo die gangraena intestinorum consumti expirant, rarissimeque ultra septimum diem morbus producitur, et ea quidem ratione, ut nisi cito succurratur, vel mortem afferat vel insuperabilem corporis debilitatem relinquat, sic ut aegrotus febre lenta, hydrope, tabe, aliisque id genus morbis correptus serius fato suo cedat. Saepe vires concoctrices adeo deminuuntur ut, quamvis vita aegrotantis servari possit, maxima tamen ad intestinorum morbos propensio remaneat, maxime diarrhoeas vel obstructiones pertinaces vel indurationes vel abscessus hepatis, icterum, dyspepsiam inexpugnabilem, quin adeo paralyses extremitatum inferiorum, dolores colici, cardialgia, morbi vesicae et alia talia sequuntur. Redeunte sanitate, quam plerique aegrotantes, dummodo apte curentur recuperant, nostris saltem in regionibus, ubi tantam ad vehementiam vix evehitur, quan-

tam calida in zona prae se fert, symptomata supra descripta sensim et gradatim decrescunt, numero deminuuntur, denique plane evanescunt, nimirum bonis sub crisibus, maxime per sudorem criticum et urinam, quae sedimentum deponit, quale in morbis febrilibus solet, atque aliqua cum difficultate ut per totum morbi decursum, levique ardore redditur, mors tertio plerumque vel et quinto septimove die sequitur, symptomatis usque crescentibus, donec fastigium attingant. Aegroti placide expirare solent, aut viribus plane exhaustis aut gangraena enteritidis pedissequa, quam frequenter cholerae supervenire constat.

In extispiciis ventriculus et intestina vel spasmo constricta reperiuntur, vel aëre inflata, inflammata, sphacelosa, discolora maculisve rubris et fuscis obsita, vesicula fellea plerumque vacua est, vel et bile flava, viridi, subnigra, acida acerrimaque repleta, quae odorem spargit ingratum, nec raro hepar inflammatum est, vel tumoribus induratis scirrhosis sebaceis aliisque vitiis in fabrica notatum.

Divisio.

Cholera varie variis ab auctoribus dividitur, maxime pro diversitate causarum, prout vel obscurae vel evidentiores fuerint, unde cholera vera sive spontanea sive legitima et spuria sive artificialis sive venenosa habetur, quam a veneno aliquo excitatam esse, nomen indicat.

Vera nominātur cholera, quae causis quibusdām communibus maxime constitutioni cuidam epidemicae perniciosae vel et refrigerio originem suam debet, qua in specie excreta magis biliosa esse solent; contra spuriam dicunt quae per ingesta ventriculo et intestinis praeprimis infensā et venenosa excitatur, quo cholera a crapula pertinet nec minus gastrica, stercoracea, saburralis, biliosa, quae ex sordibus gastricis biliosis in ventriculo et intestinis collectis, signis gastricis malum praecedentibus, et excretorum indole perspicue gastrica, nec minus levamento cognoscitur, quod aegrotus a vomitu et deiectionibus percipit, sordes eiusmodi in quibusdam diutius adsunt possuntque sub forma infarctuum qui dicuntur diu in abdomine latere, qui per usum clysmatum visceralium

Kaempfii aliorumve remediorum citius et aliqua cum irritatione resolventium quasi excitati insolitum in viscera abdominalia stimulum inferunt, unde morbus ille nascitur.

Simili modo per graviditatem, utero intestina comprimente sordes colligi ac retineri possunt, quae post partum impedimento motus intestinorum remoto, simulque functionibus abdominis vix non omnibus admodum mutatis, iamiam exterminantur, interea vero cholerae puerperarum ansam facile praebent, rariori quidem morbo, sed admodum periculoso atrocissimoque. Frequentior cholera hysterica est, malum adspectu horrendum, quo aegrotantes magnopere laborant, maxime si non tempestive cognoscitur, nec medicus fortius occurrendum esse credit, symptoma hystericum esse persuasus.

Commemoranda quoque est cholera metastática, eventus valde dubii, quam ab exanthemate aliquo repercusso vel arthritide retropulsa aliisve morbis suppressis oriri constat, venenosae perquam similis est, aegrotumque summum in discrimen adducit, quin etiam mortem afferre consuevit; cognoscitur vero ex praegressorum morborum historia eorumque repentino post ortum eius levamento,

nec minus causis evidentibus, quibus malum usque adhuc habituale subito suppressum est.

In infantibus etiam cholera plerumque sporadica, quae vermibus, muco intús collecto, dentitioni difficili, constitutioni atmosphaericae aliisve id genus causis originem suam debet, facileque absumere aegrotulos potest, quod vires tenero in organismo celeriter conficit atque prosternit.

Si ad decursum spectes, cholera in acutam et habitualem distingui potest, illa multo celerius decurrit, atque symptomata multo vehementiora adfert, haec multo tardius absolvitur, subinde recurrit maxime in hominibus irritabilioribus et stomachosis vel et vitio aliquo abdominis organico laborantibus, vel aliis causis internis subinde recrudescentibus, notandum vero est, reversiones eius periodico ordini non adstrictas, sed valde incertas esse.

Praeterea nonnulli medici choleram humidam a sicca discernunt, per illam choleram exquisitam, quam modo descripsimus intelligunt, siccam dicunt, qua nec sursum nec deorsum aliquid excernitur, sed ructus tantum et singultus oritur cum flatibus. Perspicuum vero est, eiusmodi morbum cholerae denominationem vix mereri, sed flatulen-

tiae tantum symptoma dicendum esse, quale morbo hypochondriaco haemorrhoidali aliisque haud infrequenter supervenit.

Optima et utilissima cholerae divisio in sporadicam, epidemicam et endemicam est, nostris in regionibus sporadica plerumque observatur, quamvis aestate calida et epidemica suboriri possit, qualis in Italia, Hispania et Hungaria crebrior, quam in Germania septentrionali est, endemica tandem calidissimis in regionibus e. g. in India orientali et occidentali observatur.

Denique ex potissimis divisionibus et ea est, qua in febrilem sive pyreticam et apyreticam cholera discernitur. Cholera genuina et exquisita priori stadio apyretica esse solet, post decursum longiorem, si et vehementior facta est, facile inflammationis indolem recipit, ipsam febris praesentiam frigore repente intrante, cui calor succedit modo vehementior modo mitior, pulsu perspicue febrili ceterisque symptomatis percipere licet, quae quum notissima sint, facile omitti possunt, febris plerumque bilioso inflammatoria est vel et nervosa, cui mira symptomata pro epidemiae natura admodum diversa, semper vero periculosiora adiuncta sunt.

Complicatio cholerae maxime memorabilis cum febre intermittente est, quae febris intermittens cholerica dicitur, malignae intermittentis species, quam regionibus quibusdam familiarem et certa sub constitutione epidemicam esse constat, haec typum tertianum servare consuevit, frigus breve est, protinus autem vomitus biliosus et deiectiones illae succedunt, cum ceteris genuinae cholerae symptomatis, quibus aegri celeriter conficiuntur, quin etiam per incuriam medici secundo vel tertio insultu aegrotantem absumere potest, symptomatis nervosis pessimis confectum, maxime apoplexia et convulsionibus totius corporis, tempore intercalar ipsa quidem cholerae symptomata desunt, magna tamen virium prostratio cum vertigine, somnolentiā et gravitate capitis ad novum usque insultum remanere solent.

Aetiologia.

Quando proximam cholerae causam accuratius aliquanto pervestigamus, facile omnino patet, tantas intestinorum perturbationes, quantae per nimiam virium intentionem et paralysin, vel per

lammationem sphacelum afferre lethiferum pos-
it, non nisi ab irritamento fieri posse validis-
no.

Omnino igitur persuasum mihi habeo, nun-
im leviorem aliquam causam excitare choleram
ere, sique proximam huius morbi causam re-
ras, hanc subesse existimaverim.

Unumquodque corporis nostri orgănon pro
rica sua et functione peculiari propria instru-
m est incitabilitate, ideoque et propriis opus est
tamentis ad functionem peculiarem legitime
tentandam. Quemadmodum sanguis venosus
di dextro, arteriosus sinistro, cibi glandulis sali-
bus irritamentum peculiare, nec ulli praeterea
ti idoneum praebent, ita sanguis venae porta-
a venosus proprium hepatis stimulum continet;
lligitur autem ex legibus physiologiae, opus
, ut hepatis incitabilitas ad irritamentum exac-
ime respondeat, si bilis apparatum et quantitatis
qualitatis ratione bene aequaliterque procedere
s.

Proinde, si aequilibrium istuc aliquomodo tur-
im est, vel incitabilitate hepatis praeter modum
ta, vel sanguinis stimulo quadantenus mutato,
essarium est, ut bilis secretio, illorum effectus,

a naturae norma recedat, unde et facile perspicere licet, quid de variis bilis mutationibus et acrimoniis veterum medicorum iudicandum sit. Tantum enim abest, ut proximam cholerae aliorumque morborum biliosorum causam referant, ut horum solummodo effectus sint habendae, hepar autem tanti ambitus organon, quod in foetu principes sibi partes vindicat, atque tot tantisque vasis et nervis instructum est, intimoque cum plurimis partibus, iisdemque non solum abdominis sed etiam pectoris capitisque, consensu gaudet, plurimis irritamentis undiquaque in ipsum agentibus patet, quod et plurimi symptomatici hepatis affectus v. c. in laesionibus capitis et animi permotionibus, et metastases ad hepar et ex hepate ad alias partes frequentissimae certo argumento confirmant.

Exinde etiam colligi potest, magnam esse et propriam hepatis incitabilitatem, ideoque et plurimas secretionis eius mutationes, utpote quae ab illa et irritamentis dependet.

Iam si ad incitabilitatem hepatis ceterorumque viscerum abdominalium, veluti disponentem causam potissimam, et aliae causae tam disponentes quam occasionales accedunt, choleram eo facilius

orituram esse, non est quod pluribus demonstrem. Altera vero, eaque gravissima causa ad choleram praedisponens calor diuturnus est, maxime calidis in regionibus, aestivus in nostris, maxime si humiditas accedat, et vapores putridi, quibus hepatis irritabilitatem maxime mutari, satis omnino constat; talis autem circumfusi aëris indoles corpus ad refrigerium adeo disponit, ut vel levissimum frigus facile deteriores effectus exerere, citaeque tempestatis vicissitudines irritabilitatem etsi, sanissimam pervertere tamen atque confundere possint.

Accedit etiam ad hoc, ut aëris calor proprium sit hepatis irritamentum, quod cum bilis acrioris secretionem inducat, varios excitare biliosos morbos potest, id quod omnium temporum experientia extra omnem dubitationis aleam posuit. Quomodo id fiat, difficilius intelligitur, liceat autem meam qualemcunque sententiam proponere.

Vi igitur caloris expansiva tam solidae quam fluidae corporis partes expanduntur, contractilitas et irritabilitas, praecipue cutis imminuuntur, haec rarescit, vasa exhalantia ampliantur, partim contractilitate sublata, partim sanguine vehementius impulso, inde exhalatio praeter modum augetur, quin etiam adeo increscit, tu assumti potus quasi

ex spongia guttatim cutem perrumpant, unde fit, ut corpus humoribus necessariis privetur, ac sanguis sero admodum destitutus cum toti corpori tum visceribus abdominalibus maximeque hepati pro largiori principii carbonici aliarumque partium magis irritantium copia retenta stimulum inferat insolitum, quo et sanguinis circuitus multo acceleratior, eiusque aucta consistentia accedunt. Oriuntur itaque stagnationes, quibus propria hepatis actuositas languescit, confunditur, indeque praeternaturalem bilis secretionem affert.

Tanta autem humorum iactura novum eorum apparatum exigit, unde inexplebilis sitis oritur, quae, quum aegrotantes potum frigidum, saepe noxium, haurire cogat, ventriculo et intestinis molestiam creat, efficitque, ut omnia digestionis organa languescant eorumque irritabilitas valde augeatur.

Inde fit, ut persistentibus, ut solent, morbi causis, ciborum appetentia per se iam valde prostrata, plane deficiat, sanguificatio depravetur, tota corporis reproductio deiiciatur, omnesque partes tum fluidae tum solidae ad decompositionem inclinent.

Praeterea, si quis constitutionis irritabilioris st, vel morbo hypochondriaco hystericove laborat, el temperamento est cholerico vel melancholico, uae corporis conditiones exigunt, ut facilius temestatis iniurias recipiant: vehementior calor aestius eo magis choleram excitabit, quo plures simul ausae occasionales accesserint.

Non modo autem calor nimius, quo totum uasi corpus diffluit, cum victu frigido parum oborante, sed etiam gravitas aëris et elasticitas nutata, maxime autem electricitas in illo maximi nomenti sunt ad excitandam choleram, quam per tas earum rerum vicissitudines, quibus corporis unctiones confunduntur, eo frequentius eoque falius oriri constat, maxime si cutis transpiratio igore aut humiditate subito imminuta est, vel cutis vascula praeter modum constringuntur, nde fit, ut humores magis ad interiores partes rigantur, maximeque ad intestina, quorum connsum cum cute prae ceteris hic reputandum se, non est quod pluribus exponam.

Ex his vero luculenter patet, morbum comositum, neque eius originem ad bilis secretionem rversam solam referendam esse, morbus itaque altiori ventriculi intestinorumque et hepatis

irritabilitate atque secretione non modo in hoc, sed etiam in ceteris visceribus abdominalibus aucta videtur compositus esse praecipue autem secretionis actuositatem in hepate praevalere, ex magno huius ambitu, et sanguinis largiori affluxu, et structura eius facile omnino patet.

Polycholiae igitur, quae hic oritur, cum toto morbo erethismus originem suam debet, neque partium affectarum synochae, isque ipse est, qui causae proximae partes in omni cholera assumit.

Ex propositis quoque intelligitur, cur et infantes dentientes magis cholerae sporadicae pateant, quam adulti.

Causae occasionales.

Potissima refrigerium est, maxime horis vespertinis noctuque, cum calido sub coelo tum nostris in regionibus, tempore nimirum aestivo. Hac de causa frequenter populariter grassatur, maxime post citas tempestatum vicissitudines et tempestatem pluviam; neque minus cholera sporadica saepe ex refrigerio oritur, corpore per exaestuationem nimiam vel animi motus, ut iram, stomacchationem aliasque vehementer calefacto,

mili modo a refrigerio tantum locali v. c. abdominis, si homines in terra cubant humida, vel in amen frigidum humidumque se prosternunt, emque refrigeratis pedibus, aut potu frigido asumto, vel post balneum frigidius. Metastases ioque suppressarum impetiginum, ulcera praepropere exsiccata, sudores pedum temere suppressi, rthritis repercussa, haemorrhoides suppressae vel nomalae, nec minus fluxus menstruorum aliquo nodo turbatus choleram afferre solent. Frequenssime etiam choleram sporadicam inducunt corora aliena in hepate organisque digestionis, praeipue calculi biliarii, opus pistorium nimis pingue, ifficile concoctile, pulticulae farinaceae et caro inguis, maxime anatina et anserina, ova piscium uorundam v. c. mulli, lucii, sturionis, quaedam onchylia, quae certis anni tempestatibus vel aliis erum sub conditionibus venenosa fiunt. Porro ructus immaturi, acidi, aquosi, praeprimis persiae, fraga, cucumeres, melones, mala, uvae, pruna immatura, si intemperantius iis vescuntur, vel imul potum aquosum frigidiorem hauriunt, denique potulenta acria, acida, cerevisia nondum satis ermentata, vina acida. Magnam vero vim habent n excitanda cholera sordes gastricae biliosae in

ventriculo et intestinis collectae, vermes et alia id genus, quae ipso in corpore generantur. Frequentissime autem ab assumtis venenis cholera excitatur, maxime acribus, causticis metallicis v. c. arsenico, hydrargyro, cupro, argento, auro, neque largiores plumbi doses choleram non inducunt.

Similem effectum sales largius assumti habent, maxime nitrum, tartarus stibiatus, acida mineralia, quin etiam vegetabilia, alcalia, acria medicamenta, vomitoria et purgamina drastica, v. c. Gummi Guttae, resina Ialappae, pulpa Colocynthidis, rarius autem opium aliave venena vegetabilia narcotica talem effectum praestant. Fungos denique quosdam venenosos choleram excitare, notissimum est.

Prognosis.

Generatim cholera periculosissimis morbis adnumeranda est, et quod rapidissime decurrit et quod partes corripit nobilissimas easdemque ad vitam organismi sustentandam prorsus necessarias. Quodsi primis diebus nullum auxilium fertur, vel perverse curatur morbus, vel infantes vel hystericas mulieres, vel hypochondriacos aut infirmos

aut gravidas tenet, fieri porest, ut vires tam hepatis quam intestinorum organicae plane consumantur deiicianturque, unde summa atonia, quin etiam paralysis et gangraena oriuntur, cuiusmodi funestus exitus eo magis timendus est, quo copiosius profluvium est, quo celerius facies aegrotantis collabitur, quo certius demum reliqua signa humores ad extremum imminutos viresque iam plane consumtas esse indicant. Ceterum symptomatum vehemeutiam certam prognosin suppeditare, non est, quod pluribus evincam, praeterea autem notandum est, morbum semel curatum facile recrudescere. Saepe cholera typum tertianum intermittentem servat, singulis paroxysmis adeo augescendo, ut secundo tertiove aegrotantem absumat, nec epidemica periculo vacat, quae ingentem saepe stragem inter mortales edere consuevit, huius tamen indoles a diversitate regionum et constitutione epidemica dependet. Critica quoque cholera in febribus acutis intestinalibus observata esse dicitur, quae quidem octodecim vel viginti horarum spatio ultro cessare solet. Alvus nigra livida instar loturae carnis periculum praesens indicat, itemque sitis inexplebilis et symptomata usque perseverantia, quamvis finito vomitu et deiectionibus,

Nec minus ominosus est pulsus parvus contractus, qui digitis tangentibus se subtrahit, maxime si facies simul praeter modum pallescit atque collabitur, ac reliquae symptomatum turbae siti interim crescente perseverant. Mortem per gangraenam animi deliquia, singultus, sudores frigidi, alvus foetida, pulsus filiformis inaequalis, crura ad ventrem adducta, extrema corporis frigida manifestant. Salutis spem afferunt vomitus ad tertium diem remittens, flatus crebri maximeque somnus quietus, quo vires laborantis reficiuntur. Boni ominis habetur dysuria cholerae superveniens, neque periculosum est id genus cholerae, quod ab ulcere ventriculi vel hepatis vel mesenterii et intestinorum oritur, nec minus protinus salus speranda est in cholera ab errore in diaeta commisso, vel saburra, assumtis fructibus immaturis, acidis, refrigerio, sordibus gastricis, aliisque id genus causis exortā, maxime si initio medicus advocatus est, nec vires iamiam prostratae sunt, nec ulla symptomata graviora v. c. convulsiones supervenerunt, si aeger placide dormit, sudores calidi et vaporosi per totum corpus aequaliter erumpunt, si pulsus validus est, nec assumta protinus evomuntur; contra mors metuenda est, morbo nec ex evidentibus causis ex-

-to, vomitu et deiectionibus vehementer urgenti-
ıs, si stercus vomitu reiicitur, vel vomitus viridis
t, acer, cruentus, ciborum appetentia plane iacet,
enique si cholera ricidiva facta est. Mortem ante
ortas esse, symptomata vehementer increscentia,
ulsus ad extremum debilis, cordis palpitatio, san-
uis ater vomitu reiectus, cui serum lividum at-
ue discolor admixtum est, vomitus post assum-
ɔs cibos statim irruens, sudores profusi, aphonia,
culi concavi, caligo, nervorum distentiones rel.
enunciant; quo longiora autem animi deliquia,
uo vehementiores convulsiones, quo magis ex-
ema frigent, eo certius res aegri conclamatas
se, affirmare licet.

In infantibus maculae corporis lividae mortem
ıstantem annunciant. Denique et anni tempestā-
is ratio habenda est, quae quo maiores adfert ca-
ɔres, eo frequentiorem eoque perniciosiorem cho-
ram reddere consuevit.

Morbi secundarii, quos choleram haud raro
ubsequi, supra commemoratum est, maxime pul-
nonum et diaphragmatis, inflammationes, saepe
n discrimen vocare aegrotantem solent, rarius be-
igñioris indolis sunt, frequentissime etiam aegro-
ıntis febre lentā, extremorum resolutione, stran-

guria diuturna, faucium spasmo, obstructionibus alvi pertinacissimis aliisque imi ventris affectibus valde conflictantur, quin adeo his succumbunt.

Curatio.

Tres fere sanandae cholerae indicationes extant:

prima, qua causas remotas amolimur,

altera, qua nimia incitabilitas et secernendi actuositas, tam in hepate, quam in reliquis partibus digestioni dicatis compescitur.

tertia, qua per curationem secundariam idoneam et morbus radicitus evellitur, et secundarius qualiscunque affectus arcetur.

Ut primae indicationi satisfiat, pernecessarium est, ut causas remotas cognoscamus, cognitasque tollamus, quamvis ars contra plurimas nihil valeat v. c. constitutionem epidemicam et endemicam, ardentem aestatis calorem, vapores paludum noxios et alias tales, praeter quam quod hominibus habituali cholera laborantibus praecipi potest, ut locum gravem salubri mutent, et temperies conclavium moderatior redditur, vasis aqua repletis in pavimento positis, eoque ipso frequenter aqua et aceto

ꞁerso, ramulis betulae passim dispositis rel. epe cholera ab assumto aliquo veneno oritur, ut aegri cholera laborantes semper morbi alius venenosi suspicionem movere debeant, omnibusque in exemplis, ubi nullae praeterea causae vestigari possunt, hanc accipere liceat. Quodsi oleram venenosam esse constat, vel certe magna neni copia sumti suspicio subest, in curatione n modo veneni natura, sed stadium quoque aesentis morbi exactissime respiciendum est.

Initio morbi, maxime si venenum vel sordes alescunque gastricas ventriculo et duodeno ines suspicamur, tempus haudquaquam levioribus ciliis terendum, sed protinus emeticum forte aibendum est, scilicet naturae veneni accommoum, sic ut caveamus vomitorium acre v. c. rtarum stibiatum, Zincum sulphuricum porrige- Si choleram venenum acre metallicum excita-, Ipecacuanha potius in usum vocanda est. Con- vero si venenum in ventriculum delatum est, nimis acre, neque corrodens, sit ceterum vel regno animali vel ex vegetabili, emeticum exhie convenit fortiter in ventriculum agens, cum adhibenda sint validissima, quae securitatem liceantur emetica v. c. Zincum sulphurivum, cy-

prina aliaque id genus. Praeterea notandum est, Tartarum stibiatum per se minus ad cholerae naturam respondere, cum non solum vomitum axigat, sed etiam sordes ventriculi magna ex parte deorsum propellat, unde fieri potest, ut venenum, quod alio emetico sursum exterminari potuisset, deorsum in intestina feratur.

Sin autem aliquod tempus post assumtum venenum praeterlapsum est, huius naturam cognoscamus oportet, quoniam varia venena variam medendi methodum exigunt.

I. Acida venena nullo remedio tutius debellantur, quam sapone aqua soluto, cuius libra quatuor mensuris Berolinensibus lactis vel tepidae excipitur, cuius potionis quadrante quaque hora quam largissima copia sumatur, usque dum aeger vomat, quo facto, longioribus intervallis hauriatur, usque donec symptomata venenosa evanuerint. Hahnemannus etiam metallicis venenis maxime arsenico saponem convenire contendit, his vero oleosa et mucilaginosa aptiora esse videntur, quoniam saponem non decomponunt uti acida, quae cum natro saponis statim coniunguntur, ab adipe suo

disiuncto, qui quidem optime ventriculum contra corrosionem defendit.

II. Si sal metallicum vel aliud, quod sapone non decomponitur deglutitum est, v. c. nitrum, vitriolum cupri, kali corrosivum, vel oxydum metalli alicuius merum v. c. cobalti, Hydrargyrum oxydatum rubrum, vel auripigmentum, sandaracha et alia eiusmodi, vel tepida quam largissime haurienda est, ad diluendum venenum, atque ex ventriculo reiiciendum, vel si kalinum est, acida exhiberi debent, ad acritatem eius obtundendam. Praeterea omnibus his casibus mucilaginosa et oleosa conveniunt, v. c. lac, oleum, vel quodcunque aliud ad manum est.

III. In cholera, quam medicamenta purgantia acria, narcotica, vegetabilia eademque drastica excitarunt, nec minus in ea, quae venenis animalibus originem suam debet v. c. cantharidibus, initio quidem medicamina mucilaginosa oleosa involventia in usum vocandà sunt, quoniam ventriculus valentiora non fert, post sedatam autem irritationem localem id agendum est, ut ãntidotis propriis veneni effectus plane deleatur. Opium camphoram, maxime-

que decoctum coffeae exigit, neque dubitandum est, quin et dolor vehemens, calidissimis perfusionibus vel urticatione excitatus, quam nuper in hunc usum Anglus quidam laudavit, magnum venenoso ex opio morbo levamentum adferat. Cantharidibus apte camphora opponitur, narcoticis vegetabilibus acida.

IV. Denique si neque ex narratione aegrotantis, nec alicunde patet, quaenam sit assumti veneni indoles, curatio tantum symptomatica instituenda est, ne forte vehementiora auxilia abhibendo detrimentum aegrotanti afferamus, remediis itaque mucilaginosis oleosis similibusque clysmatibus utendum est, usque donec aliae indicationes patescant.

Si cholera gastrica, biliosa, saburralis est, quod cum ex aliis signis, tum ex levamento cognoscitur, aegrotanti post deiectiones accedente, cavendum est, ne alvum praepropere sistamus, contra medicamentis salinis levioribus nec minus potu largiori tepido solutio et excretio materiae nocivae adiuvanda est, eademque de causa, si difficile aegrotus et parum vomit, vomitorium exhibendum est. Deinde quam curatissime observandum est, utrum cholera, post haec medicamenta saepissime

rseverans etiamnum a sordibus gastrisis susten-tur, ne a purgatione et vomitione nimia detri-entum aegrotus capiat. Etenim si vires iamiam osternuntur, facies collabitur ac debilitatis signa iam alicunde manifestantur, metuendum est, ne grotantis res in angusto sint, omni itaque ope tamur oportet, ut vomitus et deiectiones coërce-itur, iamque ad

Indicationem secundam res rediit, qua incita-litas nimia et status intestinorum perspicue asticus, unde secretiones illae nimiae oriuntur, nni modo inhibendus est, atque coërcendus. ic vero indicationi optime ac fere proprie satis-it Opium, maxime tinctura eius vel simplex vel ocata, cuius singulis quibusque horis, vel minori nporis intervallo, decem ad viginti guttae suman-r, usque donec symptomata mitescant. Tardius, eoque minus tuto agunt: Hyoscyamus et Bella-nna, quorum medicaminum vel infusiones et ıulsiones vel extracta adhiberi solent. Commo-sime autem opium aliave, quibus uti placuit rcotica cum potione Riverii coniunguntur; prae-ns auxilium, maxime in hystericis et hypochon-iacis, Moschus afferre solet, nec minus Castoreum, leriana, Asa foetida, Ipecacuanha refractis dosibus,

vel in pulvere Doweri adhibita, neque reiiciendus est Spiritus nitrico aethereus, aetheres camphorati et alia. Simul, ut sitis ardentissima extinguatur, potus mucilaginosus diluens idemque leviter antispasmodicus quam largissime praebendus est v. c. iuscula gallinarum, columbarum, vervecinae, infusum Chamomillae, decoctum Coffeae validum, vel et seminum lini, cannabis, radicis Althaeae, radicis Salep, Malvarum, florum Verbasvi, ptisana, decoctum alicae, avenae, oryzae, praecipue autem tritici tosti, pel panis avenacei vel avenae primum tostae deinde molitae.

Has potiones aegroti libentissime hauriunt, neque desunt medicorum observata, quibus utilitas earum probata est. Praeterea adhibendum suaserim Gnaphalium montanum, quod in Silesia hoc in morbo usitatissimum, decoquitur vel infunditur nec ingrati saporis est. Ceterum potiones istas largissime quidem, sed certis intervallis propinandas esse, haud amplius moneo, quum ex regulis therapiae generalis satis omnino constet. Denique magnam utilitatem praestant remedia quaedam extrinsecus adhibenda, quorum usus semper cum reliquis coniungendus est, sunt autem hypochondrii dextri ac regionis epigastricae fomentationes

omaticae spirituosae quarum praestantissima est, : pane, vino, spiritu vini, aromatis, oleis aethe- is rel. neque effectu salutari destituuntur emplastra omatica, adiecto extracto Hyoscyami, vel Conii aculati cum Opio, Camphora, Ammonio rel. un- uenta quoque et linimenta volatilia, olea cocta c. Hyoscyami, Chamomillae cum Camphora el Opio optimum effectum exserunt, nec minus udanda sunt balnea aromatica et clysmata muci- ginosa antispasmodica, denique lac recens frigi- um vel et ebutyratum singulis horae quadranti- us ad aliquot cochlearia sumtum, quin etiam ua frigida et glaciei frustula subinde deglutita c illic adhibita maximeque laudata sunt, patet tem magna circumspectione his utendum esse, ne orbus in deterius vertatur; idem de emplastris let hypochondrio dextro imponendis, deque fo- entationibus eiusdem regionis frigidis ex aqua arina vel fontana, in qua sales soluti sunt et mentationibus Schmuckerianis.

Hactenus de cholera genuina spastica, quae si mplicata vel aliis ex morbis orta est, aliam exi- : medendi rationem; igitur si cholera cum ver- itione complicata est, vel vermes accessorium rte irritamentum intestinis addunt, per se iam

valde irritabilibus, eoque symptomata magis etiam augent, non protinus anthelmintica adhibenda sunt, sed prius operam demus oportet, sensibilitati nimiae infringendae et irritationi a vermibus deminuendae, quod quidem clysteribus ex lacte, quibus vermes maxime sedari solent, atque ad inferiores intestini partes alliciuntur, commodisse consequi licet, post sanatam demum choleram, anthelmintica ad curandum morbum verminosum adhiberi possunt.

Cholera intermittens, quam speciem esse febris intermittentis malignae diximus, corticem Peruvianum cum Opio exigit, tempore intercalari quam largissime sumendum, febris autem indole in typhodem vel putridam mutata, et curatio huic permutationi accommodanda est. Si cholera ab arthritide suppressa, exanthematis vel impetiginibus repercussis, sudoribus pedum suppressis, similibusve ex causis orta est, vesicatoria, balnea, pediluvia sinapina, vel cum cineribus adhibenda sunt, sacci quoque betulae vel alni frondibus referti ac pedibus aliisve partibus, in quibus morbus suppressus est, circumdati a nonnullis laudantur. Si periculum ingens est, nec alicunde spes auxilii affulget, moxa cum fructu adhibetur, ad resuscitandos morbos suppressos, interim me-

:amenta quaedam ore sumenda haud negligenda
nt v. c. liquor Ammonii succinici, Camphora,
:a aetherea, Phosphorus cet. Suppressis haemor-
oidibus vel fluxu menstruo, maxime in aegrotis
:ate florentibus ceteroquin sanis ac succiplenis,
udines ad anum et os sacrum et genitalia po-
ıe utilitatem praestant, quin imo ad venaesec-
nes quandoque confugiendum est, alias in hoc
orbo vitandas; maxime indicatae sunt, doloribus
is urentibus tactu augescentibus, unde inflam-
ıtio viscerum abdominalium coniici potest, hi-
dines et cucurbitulae cum scarificatu his rerum
conditionibus parum securitatis pollicentur, ea-
nque usus tantum incerta diagnosi excusationem
:retur, trepidantia enim medici in discrimen ae-
otantem vocare potest. Certe constat, errores
in re saepissime committi, cum inflammationum
ısmodi signa quandoque fallacissima sint, mag-
mque circumspectionem exigant.

Venasectiones in universum cholerae naturae
rum respondent, quae utrum sint adhibendae
c ne, ad judicium curantis referendum est. Lu-
n vero praeter cetera signa dubitantibus afferunt,
nstitutio annua, nec minus individualis; utrum
:te vena secta sit, nec ne, ex decursu aegritudi-

nis ulteriori, exitu, sectionibus cadaverum, quamvis sero, certo tamen patebit.

Aliqua etiam animadversio in cholera infantum est, quoniam curatio, cum ex incitabilitate totius infantilis organismi longe maiori, tum ex actuositate reproductiva, maxime hepatis, mutationem recipiat necesse sit. Circumspecte igitur in his adhibenda erunt narcotica, adultis ceteroquin saluberrima, neque excretiones praepropere sunt sistendae, minime id quidem, si aegrotulus non nimis laborat, et materiae noxiae cum levamento eiiciuntur, cum infantes intestinorum profluvia facilius ferre, quam adultos, satis omnino constet. Quibus tamen haudquaquam contendisse velim, excretiones illas emeticis et purgantibus in infantibus semper esse adjuvandas, quippe quibus facile nimis augeri possunt, quo naturae vires perturbantur, praestant itaque medicamina mucilaginosa involventia eademque vel ad potum vel ad clysmata adhibita, maxime amylum et vitellum ovi, similiterque infusa medicaminum antispasmodicorum aromaticorum non nimis valida, maxime ex radice Valerianae, floribus Chamomillae, herba Melissae et aliis, quin etiam certis rerum sub conditionibus infusum corticis Peruviani, Cascarillae,

ıdicis Columbo utilitatem praestare consuerunt; ıaxime etiam prosunt abdominis infrictiones ex ıedicamentis aromaticis v. c. mixtura oleoso balımica, liquore Ammonii anisato, oleo Nucistae, liisque oleis aethereis. Balnea tepida et mutatio.es regiminis, si qua in hoc noxa fuisse videtur, ıirifice conferunt, emetica vero et purgantia deıum in auxilium vocanda sunt, si sordes gastriıe vel initio vel serius signa sua manifestant.

Denique tertiae indicationi, qua congrua adibetur curatio secundaria ut et morbus radicitus vellatur, et eius reditus vel morbus aliquis secunarius caveatur, satisfacimus, facto transitu a meicamentis et diaeta leviter roborantibus ad valenora, ratione quidem habita alterius indicationis. a medicamenta antispasmodica commodissime ım roborantibus v. c. tinctura Rhei aquosa et inosa, tinctura Cinnamomi, tinct. cort. Aurantioım et Calami aromatici similibusque amaris et romaticis coniungemus, quae si commode iam feıntur, ad tonica et amara valentiora v. c. Gentiıam, radicem Columbo, corticem Peruvianum, ascarillam, acida mineralia cet. transeundum est.

Victus autem ratio ad haec medicamenta ex:tissime respondeat necesse est, initio igitur uti-

litatem praestabunt mucilaginosa, facile concoctilia, saepe et parce assumta, maximaque cautione opus erit, usque dum aeger magis convalescat, et confirmatis iamiam viribus ad solitum victum redire possit, cuius curationis securitati adiicitur usu aquarum medicatarum, maxime chalybeatarum, sulphuratarum, natronatarum, quae si non sunt, balneis communibus est utendum, quibus corpus valde confirmatur optimeque a recidicis et morbis secundariis defenditur, qui si tamen remanserint, pro indole sua curandi sunt.

CURRICULUM VITAE
EX DECRETO
GRATIOSAE FACULTATIS MEDICAE
BEROLINENSIS
ADIECTUM.

Ego Carolus Theophilus Schmidt anno MDCCXC Calendis Januariis Maservitii Silesiae inferioris pago natus sum, patre optimo huius loci fabro veterinario, matre e gente Kupschiana. Prima aetate privatis institutionibus eruditus sum, deinde in Gymnasio Javeriensi ad decimum septimum usque annum litteris, quae ad humanitatem pertinent, incubui, quo anno Lignitium concessi, ubi a viris doctissimis Fischer et Deininger in nosocomiis militaribus primis chirurgiae rudimentis instructus sum; postea in Instituto medico chirurgico Vratislaviensi medicinae et chirurgiae studiis vacavi, praeceptoribus beato Hagen et Cel. Wendt; illius lectiones de corporis humani fabrica, de physiologia deque chirurgia tam generali quam speciali frequentavi, simulque ab eo arte cadavera secandi in theatro anatomico institutus sum; hic chirurgia medica me erudiendum curavit. Anno

MDCCCXII chirurgi castrensis munus in me suscepi, quo usque adhuc functus sum. Anno MDCCCXVI Vratislaviam redux a. d. III mensis Aprilis a Praeside Curatore Ill. Merkel et Rectore t. t. Magnifico Cel. Iungnitz civibus Universitatis litterariae rite adscriptus sum. Lectiones autem frequentavi: de fine rationeque studiorum academicorum, nec minus de geographia physica deque principiis philosophiae naturalis et de anthropologia Cel. Steffens, de encyclopaedia medica Cel. Klose, de anatomia Cel. Hagen, de physiologia et pathologia generali, de temperamentis hominum, deque electricitate animali Cel. Bartels, anatomia et physiologia organorum sensuum ab Exper. Brem institutus sum. Aetiologiam morbornm et pathologiam tam generalem quam specialem, et morborum mentis Cel. Klose mihi tradidit. In materia medica atque doctrina de morbis infantum deque thermis ac fontibus medicatis, nec minus de morbis venenosis ac syphiliticis Cel. Wendt praeceptore gavisus sum. Therapia autem tam generali quam speciali, morborum exanthematicorum et haemorrhagiarum unaque methodo formulas concinnandi medicas Cel. Remer me instituit. Denique lectiones de chirurgia tam generali quam speciali Cel. Hanke frequentavi, a quo etiam in clinico medico chirurgico exercitatus sum; ut vero arte obstetricia tam theoretica quam practica erudirer, Cel. Andreae adii. Postremo Cel.

tto praeceptore usus sum in instituendis sectionibus cadaverum forensibus.

Anno MDCCCXVIII Berolinum me contuli, ubi in album academiae regiae militaris relatus, hasce frequentavi Ill. ac Cell. virorum lectiones: Cel. Turte de physice, chemia et pharmacia tam theoreticis quam experimentalibus. Ill. Rudolphi anatomiam universam et organorum sensuum mihi tradidit, a quo viro et Ill. Knape etiam arte cadavera secandi in theatro anatomico institutus sum. Cel. Osann de physiologia disserentem audivi, Cel. Hufeland de pathologia, semiotice ac therapia tam generali quam speciali, Ill. Knape de arte formulas medicas conscribendi. Clar. Mursinna methodo fascias applicandi chirurgicas, Ill. Graefe chirurgia et generali et speciali atque doctrina de morbis ossium dynamicis me instruxerunt. Cursum operationum chirurgicarum apud Cel. Rust et Clar. Mursinna absolvi, unaque lectionibus Clar. Kluge de fracturis et luxationibus deque arte obstetricia interfui. Operationes ophthalmiatricas apud Exp. Iüngken exercui. Scholis autem de anthropologia forensi Ill. Knape, quo potui studio interfui, simulque interpretationibus librorum Celsi Ill. Berends vacavi. Denique, ut artem disputandi addiscerem, praeceptorem Exp. Hecker secutus sum. Postremo aegrotorum curae in policlinico Ill. Hufeland

atque in clinico chirurgico ophthalmiatrico Ill. Graefe et obstetricio Ill. de Siebold operam dedi.

Hoc peracto studiorum cursu, ac tentamine examineque rigoroso rite absolutis, Gratiosum medicorum ordinem summa qua par est devotione rogo, ut post hancce dissertationem publice defensam summos in medicina et chirurgia honores hodierno die in me conferat.

THESES DEFENDENDAE

I.

Corpori vim medicatricem peculiarem inesse ne[illegible]

II.

Morbi larvati non extant.

III.

Infarctus Kaempfiani qni dicuntur haudquaqu[illegible] negandi sunt.

IV.

Therapia generalis medico utilior speciali.